

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm
Ad Diversos Libri X.**

Symmachus, Quintus Aurelius

Neapoli Nemetvm, MD CXVII

Liber VII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1363>


**Q. AVRELI SYM-
MACHI V.C. COS. OR-
DIN. PRÆF. VRB. EPI-
STOLARUM**

*

Editus post
eius obitum
à Q. Flavio
Memmio
Symmacho
V.C. Filio.

L I B E R . VII. *

E P I S T . I.

S Y M M A C H U S S Y M M A C H O F I L I O .


SUME ALACER PATER.
 ni sermonis auspicium, & deinceps
 officij pàrilis in nos esse munifi-
 cus. Simul accipe, quod voto tuo
 congruit, fasces Prætoria in
 eum annum feliciter proferen-
 dos, cui advocatâ numinum vo-
 luntate, ego quoque latus inter-
 sim. Optato igitur latare processu, & propagatos tibi
 annos vitæ atque honoris interpretare: longiora enim
 fiunt; quæ differuntur. Nec dubites utrique nostrum
 prospicisse fortunam; ut & tuus magistratus juvetur
 presentiâ patris, & festorum tuorum voluptate coram
 desfruar. Vale.

E P I S T . II.

S Y M M A C H U S F I L I O .

VBi primum scribendi mihi ad vos copiam fami-
 liaris ingessit occasio, non distuli desiderium
 cui scriptio testari: ut salutis meæ certus tuam cu-
 res

LIB
 res, & subinde
 soleris. Vale.

 SECUND
 urbit alii
 quoque stu-
 tuus occa-
 hi securita-
 ptatem. Va

CIRE
 centi
 didissimiz
 rias Nonas
 gemus. H
 meliore pa

CRAD
 titoris leon
 tamen falco
 lui enim red
 desiderave
 lam epifoliar
 summa curie
 quid levantia
 nis. Vale.

DESIDE

res, & subinde absentiam meam litterariâ voluptate soleris. Vale.

EPIST. III.

SYMMACHUS FILIO.

SE C U N D A s ad amabilitatem tuam litteras mitto,
ut sit assiduitas mei sermonis utrique solatio. Tu quoque studium meum, quoties dominus & frater tuus occasiones repererit, æmulare: ut & salus tua mihi securitatem tribuat, & scriptorum jucunditas volupatem. Vale.

EPIST. IV.

SYMMACHUS FILIO.

CIRCENIUM solemnitati Consularis magnificètia satisfecit. Ludorum adhuc & Muneris splendidissimæ imminent functiones; quibus ante Februarias Nonas, ut opinamur, impletis, iter ad nostra relegemus. Hæc è scribo, ut lætitia amabilitatis tuæ spem meliore pascatur. Vale.

EPIST. V.

SYMMACHUS FILIO.

CREDO alias litteras meas in manus amabilitatis tuæ antè venturas. Huius namque epistolæ portatores lecto itinere mulos reduces prosequentur. Ego tamen salutationis munere abstinere non potui: malum enim redundaret officium serd perfectum, quām desideraretur omnissum. Tuæ amabilitatis needum ullam epistolam sumpsi, queso ut huius tibi muneris summa curatio sit. Ex tuo enim mériti animo potes, quid levaminis absentibus tribuat adsiduitas scriptoris. Vale.

EPIST. VI.

SYMMACHUS FILIO.

DESIDERATIS proximè amabilitatis tuæ
a R. lit.

litteras sumpsi, quibus indicabatur & sedulitas animi tui, & profectus ingenij. Sola epistolæ brevitas nequam paterno desiderio satisfecit. Quod eò scribo, ut intelligas, quantum ex sermone tuo cooperim voluptratis, qui queror copiam defuisse. Quis enim opter satietatem, nisi rerum bonarum? Postbac igitur indulgentius scribe, lux mea, ut pleniore stili tui munere legentis animus expleatur. Vale.

EPIST. VII.

SYMMACHUS FILIO.

ACCESSIT peregrinationi nostræ largior dies ex compreenditione ludorum, quos pluviarum interventus retardant. Sed volo, ut hanc dilationem salutis meæ certus leniter feras; & desiderium tui, quod apud me crescit ex morâ, stili assiduitate soleris. Vale.

EPIST. VIII.

SYMMACHUS FILIO.

CONFIDO solando animotuo stili mei assiduitatem posse sufficere. Nam recentibus scriptis hunc addo sermonem, cuius lectio tibi spem & redditus mei pollicebitur, si fors præsumpta confirmet. Ratio autem huius estimationis in aperio est: quia post magnificam ludorum Consularium functionem sola adhuc arenæ restat Editio. Mutetur igitur animus in gaudium, & adeptum esse te crede, quod possibilis conjectura promittit. Vale.

EPIST. IX.

SYMMACHUS FILIO.

SCINTILLARE acuminibus, atque sententijs epistolas tuas gaudeo: decet enim loqui exultanrius juvenalem calorem. Sed volo, ut in alijs materijs aculeis orationis utaris: huic autem generis scriptoris maturum aliquid & comicum misceas; quod tibi & rhetorem tuum credoprecipere. Nam ut in vestitu homi-

hominum, catena
sumuntur sita
ptis negligenti
bus vero quare
longius. Perg
turæ ardor im
supta annos.

AM
solam
ci sanitatis
igitur animi
bus scriptis
gaudeas. Va

ASurgo
sermo de
dem, & prof
me huic mo
gas. Nec ali
mas, me bre
liora omnia
ris animus in

Magni
litteris claredi
ro, orans dirina
tudinis, & epis
cum vo

hominum, cæteroq; vitæ cultu, loco ac tempori apta sumuntur; ita ingeniorum varietas infamiliarib⁹ scriptis negligenciam quandam debet imitari, in forensibus vero quatere arma facundia. Sed de his non ibo longius. Perge interim, quod te ætatis impetus, & naturæ ardor impellit. Mei voti caput est, benè valeas, & supra annos tuos litterarum doce ditescas. Vale.

EPIST. X.

SYMMACHUS FILIO.

AMIC^EO nostro Annio cursim prætereundi potui solam dictionem salutis injungere; sed debuit tibi sanitatis meæ fidem facere lectio litterarum. Esto igitur animo lætiore: & spera, decus meum, frequentibus scriptis in notitiam tuam similiter ventura, quæ gaudreas. Vale.

EPIST. XI.

SYMMACHUS FILIO.

ASSURGIT animus meus, quoties amabilitatis tuæ sermo defertur. Nam & sanitatis tuæ apportat fidem, & profectum ostendit ingenij. Hortor igitur, ut me huiusmodi linguae tuæ flosculis frequenter aspergas. Nec ullam cessationem tibi vendices, dum aestimas, me brevi affuturum. Planiora enim sicut, & faciliora omnia ad recurrendum, si paginis tuis reverentis animus incitetur. Vale.

EPIST. XII.

SYMMACHUS FILIO.

MAGNUM in modum sollicitavit me inæqualitas tuæ nuncius, licet securitas sanitatis ijsdem litteris esset adiuncta. Quare animi incertus appropero, orans divina præsidia, ut te compotem bonę valedudinis, & epistola mea, & recursus inveniat. Hæc enim voti paterni impletatio faciet, ut redijss^e delectet. Val.

EPIST. XIII.

SYMMACHUS FILIO.

ITER meum famæ varietas retardav. t. Nam dum ex
ploro tua, & longitudinem vię dierum interpositio-
ne distinguo, tandem sextum Kal. Martias Mediola-
num per Ticeni longinqua perveni. Nunc laborem
meum Domini & Principis nostri blandus sermo sola-
tus est. Spero etiam legationem brevi in notitiam di-
vini Principis preferendam: siquidem vir cuncta præ-
cessus, cui primas partes causæ publicæ noster Ordo
mandavit, mox cum præsidij validissimis affore nun-
ciatur. Vestro silentio vehemente offendor: atq; ideo
peto, ut peregrinationis meæ patientiam cœbro juve-
tis affatu. Vale.

EPIST. XIV.

SYMMACHUS FILIO.

CUM veredarij deesset occasio, privato homini
reddenda scripta commisi. hunc ad vos arbitror
sero venturum. Utriusque litteris eadem continentur,
quod sextum Kal. Martias Mediolanum multo antra-
ctu circumvectus intraverim, veneratusq; Dominum
& Principem nostrum, cuius sermo itineris mei labo-
rem compensavit. In præsentiam viri cuncta præcessi
Comitis agenda produco; quæ mox, Deo juvante, affo-
re nunciorum confirmat assertio. Nunc tuæ curæ si,
decus nostrum, peregrinationis meæ curas stili assidui-
tate solari. Vale.

EPIST. XV.

SYMMACHUS a FILIO.

AMICITIA nostræ contemplatio spem mihi ad-
ventus rui fecerat. Propè est, ut errasse me credā,
qui te speravi in conspectum parentis sponte ventu-
rum. Quando igitur sine ambitu nostro rectè facere
nescis, oratus appropera. Et si te superbum Tybur ex-
plevit,

a Vide Epist.
34. & II. Sic
anim Ms. Gif.
Ed. Sdr.

plevit, Laurentibus sylvis amœna commuta; nec ve-
raris ruris horridi denunciationem. In oculis est ve-
nientibus mare: celebri itinere villa præstringitur. In
ipsa itur ferarum cubilia piano ac patulo accessu. Etsi
hæc abessent, anteiret nimirum sermo inter a nos a Sic' benè
mutuus, & litterarum liberalis collatio, Tarentinas
aut Siculas voluptates. Quare si tu quoque huic sen-
tentia manum porrigit, addete rusticantium nume-
ro; & paulisper Catones atque Atilios æmulare, quos
b vomis & stiva ad Consulares misit secures. Vale.

*Sic' benè
Leff. Ed. Sch.*

*b Ita quoque
Leff. & Ed.
Sch.*

EPIST. XVI.

SYMMACHUS ATTALO.

VICEM sermonis mei desideras te gaudeo: sed a-
molior invidiam negligentia. Parata enim re-
sponsa deseruit tabellarius tuus, excitus, ut fando com-
peri, valetudinis tua dubio. Agnoscis nempe infucatas
esse, nec ex alto trahi cessationis meæ causas. Non ibo
longius, quia brevis est assertio veritatis. Nunc sanita-
tem tibi gratulor, quâ post nimium metum cognitâ,
multum gaudij in pectore meo diluxit. Indicium au-
tem respirantis vigoris tuarum litterarum jucunditas
prætulit. Petis namque ad confirmandam valetudinem
stili mei remedia subministrem. Festivitas ista Baiana
est. Nimijs salibus te sinus Lucrinus infecit. Estne ali-
quid in verbis meis, quod aures tuas sospitet? quod
medicinam sensibus faciat? Credo, consentio. Nam
plerumque amara hausta ad salutem valent, & succis
tristibus affecta refoventur. c Sed nimium quantum
avarus es, qui Flaviano meo præsente quicquam re-
quiris; in quo tanta rerum bonarum delinimenta sunt,
ut mihi quasi aquæ Syrenas aut Lotophagos hæsisce
videaris. Atque utinam vestro odio jungerer. Plus de
vobis carperem salubritatis, quam tu desideras,
qui à me solas litteras popo.
scisti. Vale.

*c Sic optimè
correxit Sch.
ex Ms. Gif.
Ex Vatican.
Vide Indicē.*

EPIST. XVII.

SYMMACHUS ATTALO.

NÆ ego frustra haec tenus tacui, dum te promissi certus opperior. Tandem redeundum mihi est ad consueta solatia, meliorum desperatione. Et fortasse successens diurno silentio meo, id verò etiā reliquum est, & ut irritu spei cunctationis arcessar. Est igitur tui juris super ordiendo itinere stare promissis. Nec omnium stili levamine non pigebit. Hoc certè officium commercio, aut solabor, quod non venis, aut me ebor, quod venias. Vale.

EPIST. XVIII.

SYMMACHUS ATTALO.

PROXIME de Formiano sinu regressus in latem Cælium, domo jam diu te abesse comperi. Datum mox negcium est Theophilo communi amico, & nunc itineris mei socio, ut & ad te in Tyburem agrum redditus mei nuncius pergeret, & salutationis verba deferret. Hunc tu, ut es curiosus rerum mearum, quasi liqua tibi in nos decreto publico inquisitio esset tributa, b versando palam facere coegeristi, quæ foris gesseram. Nam hoc confessæ sunt litteræ tuæ, quas idem vir optimus Theophilus reportavit. Fuerit benignitas tuæ agnum meorum fastigia & capita disquirere, utrum crebra vestatio campi ac maris valerudinem meam juverit; an ullis agris nostris cultus, ædibus nitor, pecori numerus accesserit; quid afluxerit & edilium copiarum; utrum Consularem mensem succinxerit modulus voluntarius; aut umquam Formias vicinâ d' urbe, longinquo mutaverim. Etiamne explorare te fas fuit, quid procul ab arbitris studiorum meorum cura contulerit in paginas? e Uxumne me operatum ceris, stantes plerūque ocelli & palloris signa f detexerint? Exploratorem te stilus meus patitur. Voces amicos suspicionum vias, & si dici potest, odore atque vesti.

a Ita sequore
mendationem
Sch. ex Ms.
Gif. duclu.
Lecl. irr. ex-
spectatio-
nis.

b Merc. scrutando.

c Ita Ms. Iur.
Alf. edu-
lium.

d Sic emenda-
dum cum Ed.
Sch. ex Ms.
Gif.

e Ita Lecl.

f h. e. prodi-
derint, testimo-
nio fuerint, me
ceru operatis
fusse & fu-
duisse Ms.

Gif non habet
r̄d signa. Et
potest omitti,
si legas pallo-
res.

vestigijs scripta nostra venaris? a Nunc ego scire pos-
tulo, quid in Tybutibus pomarijs litterarum operis
exerceas. Solùm hoc fama attulit; balneum tibi nuper
extructum, cui torris unus b ad justi caloris pabulum
satisfacere narratur. Lectitasse autem te in multo otio
utriusque linguaꝝ auctores, ipse index fuisti. Ego tamen
non quero, an aliquid etiam scripseris. Animadverto
enim te gloriā conscientia proprij operis c accensum,
voluisse cognoscere, an ego quoque idem fecerim. Sed
d jam omissis epistolis velim redeas: nisi fortè tui bal-
nei brevis sumptus hortatur, ne deseras parsimoniaz d Alij nunc.
consuetudinem. Vale. Sic Ed. Sch.

a Sic Lech.
Ha inf. Oj. d.
T. l. p. 492
b Ita idem
Lech. Rittersh.
adulti-

c Sic Ed. Sch.
Sirm. Tur.
Alij suc-
cessum.
d Alij nunc.
Sic Ed. Sch.

EPIST. XIX.

SYMMACHUS ATTALO.

Duo pariter commissa in amicitiam redemisti.
Diue epistolæ tuæ salibus a fueras, nihil scripte as-
Quis C. olchus, aut Thessalus cantu aut manu has of-
fessiones levasset? Ergo ob epistolæ delinimentum ve-
niæ p̄tium feres. Sino ut amici tui nuptiale festum cu-
ræ vacuus exerceas, & urbem Tyburtem, quæ nuper ti-
bi facies prætulit, commune in Junoni & Herculi fa-
cias. Reverteris, ut spero, post repotia in Cœlum la-
rem. Vel si adhuc juvat æstivos dies in pomarijs tuis
ducere; iterum tibi indignatio mea litterarum tuarum
melle placanda est. Vale.

EPIST. XX.

SYMMACHUS ATTALO.

VILLA Tyburis, quæ proximè in jus tuum venit,
maioris ingenij prædicatorem requirit. Ego ta-
men linguaꝝ modicus, ut potero, verbis honorem loco
faciam. Quid hic inpositu ædium venustatis est! quis
situs! quantus ex edito latè in plana jactatus oculo-
rum! Frequentare has sedes Orchomenias dixerim
R. 5 Deas

Deas, atque eas sedulò adnitas, ut te conciliarent ædi-
bus suis dominum. Perge igitur, ut facis & viatis avo
redder novitatem. Multò hoc factu promptius, quām
quod Hesiodum ferunt posito senio in virides annos
redijssit. Interea gratulare nobis bonam valetudinem;
qua ut tibi quoque longum secundet, inter fastigia eſt
votorum meorum. Vale.

EPIST. XXI.

SYMMACHUS ATTALO.

POST QUAM mihi litteras tuas thedarius meus
reddidit, & salutatio ex itinere portata obſervan-
tiam nostram ſoluit religione; datus eſt mihi aditus,
creb̄dūm aberis, tecum loquendi. Quare ab his or-
dior, qua in voto tuo prima ſunt. Veūm pace, mea at-
que unici tui sanitas viger. Urbanas turbas Vaticano,
in quantum licet, rure declino. Et tamen, ſi quando in
eōrum vocamur, ad obsequium concilij publici pe-
dem refeſo. Scio te nihil amplius de nobis velle. Tan-
tudem pernoſcere rerum tuarum defiderij motus po-
ſtulat. Vale.

EPIST. XXII.

SYMMACHUS ATTALO.

LONGA me deliberatio habuit, an tibi honorem
facere ſub iustâ reditus vestri expectatione debe-
rem. Verebar enim, ne festinatio tua ſolatijs ſobvijs frā-
geretur. Sed hoc ambiguum ſolvit ratio contraria, que
ſpēm dedit has litteras & revertentiſt ſtimulorum non
ſtānorum instar futuras. Et consulū affecto brevita-
tem, ſolam tibi præferēs dictionem ſalutis: ut verbo-
rum meorum exiguis haufus efficacior ſit ad ſollici-
tandam ſitum, quam explendam. Vale.

EPIST. XXIII.

SYMMACHUS ATTALO.

REQUIRUNT me, credo, oculitui: mens adesse
non

non dubitet. Mecum enim diligentia tui peregrinatur, totumque animi affectione circunfero. Nihilominus exerceo stilo amicitiae voluptatem Quod si tu quoque invicem feceris, veniet ut longum si uar otij possesio- ne; quia non negatis, quod me possit abducere. Vale.

EPIST. XXIV.

SYMMACHVS ATTALO.


AD Neapolitanam *a* proiectus oram, litteras *a* sumpsi, quibus nos in adventum tuum Baijs resi- dere jussisti. Asserebat perlator epistolæ imminere ex- cursum tuum calcibus suis. Quid facerem, cum menec locus idem teneret? Expeditius visum est, ut à te potius gratiam cōtinuandi *b* ad vos itineris posceremus. Ami- cos enim non Baias desiderasti; nisi fortè illo luxuriæ *b* Ita loquitur. *c* Ed. Sch. finu traheris. Comitabimur te, si eò redire malueris: quamvis regionis istius cœlum salubrius, & pares co- piæ sint. Erit optio tua, intendere iter, an relegere de- beamus. Ad defensionem meam pertinet, eò redeun- tem te sequi, ubi adventantem expectare non potui. Vale.

EPIST. XXV.

SYMMACHUS ATTALO.

Si respondisses epistolæ meæ, levasses onere consci- entiam tuam: nunc nostram taciturnitate juvisti. Responsa enim officia lætitiam mihi præstant, nega- ta victoriam. Et scio ex abundanti posse facere, quod nos multo sudore destringimus Sed quia invides bona verba lectoribus; vim facere existi- mer avaritiæ tuæ, dispendium meum *e* devoro. Vale.

c Miss. Grif.
& Piss. de-
voveo.



EPIST.

EPIST. XXVI.

SYMMACHUS MACEDONIO.

a Vulgo Gau.
deo. Sic Sirm.
b Alij: cogi.
tare.

AUDEO a te in agrum Lavinatum meum post Tyburtes b rogare delicias: nec sum religiosus deideris longus precator. Ea quippe inter amicos petitionum debet esse conditio, ut praestantibus prona vi-deantur, quae sunt magna poscentibus. Vale.

EPIST. XXVII.

SYMMACHUS MACEDONIO.

SOLES affirmare, quod me tibi praferas. Posset hoc esse credibile, si filium meum Attalum ad nos venire patereris. In tuo enim jure est, tuis monitis adquiescit. Qnod quidem fieri oportere consentio; sed non eatenus, ut pontificum tuum in damna nostra protendas. Parumne est, quod ipse æq; desiderandus confortum meum deseris, & invides nobis exoptatissimam societatem? Insuper alterum quoque delenifiscis amoris attributis terines: credo c conjiciens acceleraturum esse me redditum, si utroque destituar. At ego denuncio opus esse monitore, qui retinahat hærentem. Nam, ut scis, amo otium, pascor quiete. Instruo itaque te ad vetus lentinitudinem meam, si absensis amici jam desideras redditum, patere brevem praesentis excursionem. Vale.

EPIST. XXVIII.

SYMMACHUS MACEDONIO.

LICET gravissimis febribus impedirer, non potui denegare tibi honorificentiam literarum, ne religiosis negligens judicarer. Nec tamen in multam se-riem propagare litteras valui: quarum brevitas inculpabilis est, cum ex injuria valetudinis, non ex voluntate descendat. Vale.

EPIST.

SYMMACHUS MACEDONIO.

NEQUIS fratris nostri V C. Proclani profectio
palia est, ut filerem, neque nostra sivit affectio,
ut officijs temperatam. Cape igitur debitum muous
alloquij, & ut me facias promptiorē, impertiendæ
salutationis operam frequenter usurpa. Vale.

EPIST. XXX.

SYMMACHUS ATTICO.

EST quidem mihi ruris otium voluptati; sed anti-
quiorem*a* judico & tui voluntatem. quare officijs
Consularibus, si fors dictum juvet. spectator, & convi-
va non decreo. Vale. *a Ita Lect. &
Ed. Sch.*

EPIST. XXXI.

SYMMACHUS ATTICO.

RETRAHERE nos ē Campaniæ gremio Tybur-
nis agri laudibus studes. Est ille, ut prædicās, in
tuo rure densus cupressis, & fontium largus, & monta-
no situ frigidus. *b* Essent hæc mihi desideranda, si te
morā uberiorē tenuissent. Nunc properato in urbem
reditu nescio quam mihi fastiditi loci suspicionem de-
disti. Habent enim sèpè voluptates satietatem. Quod
si ita est, satis factum Formijs puto, quibus renuncia-
veras; cùm tibi etiam prælata displiceant. Vale.

EPIST. XXXII.

SYMMACHUS ATTICO.

RELEGARE iter, & in conspectum *c* vestrum
tandem redite meditamur, licet filii nostri virium *c: Lect. & Ed.
Sch.*
vacui sint, & me febrium noxa temtaverit; minuetur
tamen labor intervallis brevibus mansionum. Spero
locorum mutationes processurum aliquid optatis.
Curam in me diligentia tua usū probatam crescere in
dies gaudeo: cui impensè verbis gratias agerem, si id
laudis

laudis potius affectatione, quām sincerā pietate facies. Vale.

EPIST. XXXIII.

SYMMACHUS ATTICO.

a Vulg. ad te pertuli. PROXIME indicium salutis meæ & prætuli; nec dum quod invicem de prosperis tuis legerem, redidisti. Non piget tamen ante solutionem religiosum fœnus iterare. Tanta est enim securitas animi in nostro, ut repensum putem, quicquid ab amante debetur, Vale.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS ATTICO.

SALUTATIONIS honorificentiam prælocutus, Gerulici Agentis in rebus exsequor postulatum, qui à te justum favorem per me operat adipisci. Humanitatis tuæ est amplecti probabilem voluntatem numerumque eorum, qui te jure suspiciunt, b adiectione novicitoris augere. Vale.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS DECIO.

AMINUM meum Campani littoris commemo- ratione sollicitas: sed nobis quoque in Prænestino rure degentibus non minus voluptatum supperit. Sint licet plures hominum sententiae, quā matitimis montana postponant: ego tamen vitandis æstibus magis judico nemorosa, quā cultu aperta congrue- te. Adieceras ad irritamentum profectionis nostræ, filium meum Flavianum brevi tecum futurum. Huius ego præsentia jamdiu defruor. Ex quo intelligis sor- tem meam multo esse potiorem. Nam & comparatio- nem loci utriusque in ambiguo collocavi, & societa- tem pignoris mei, quā maximè gloriabate, in fructum meum transtuli. Ego potius remetiri ad nos viam mu- tata conditione deberes & ad satietatem, quam tibi attulit

a Italo tue.

LINEA SACRA
atrali copiarum longior
absentibus dehinc
Sed de hoc non ibo longius,
acceptissimæ et deuocans, i
um videt. Vale.

EPIST. XXXIV.

SYMMACHUS

NONDUM Neapolitan
fati arcem delicasum
ex Tyrthenus alius, nam
nisi successisti in finum
ad alia & te nonnumquam p
videlicet fugi copias, & m
en sed nimis hancem v
nunc diuineas conciliare
poteris. Quin ergo ad eam
libertilem nostram immunitam
dorsis properat, qu
fonditus. Vale.

EPIST. XXXV.

SYMMACHUS

UIRPATE milie, quid
omnis obris Neapolitan
poco tali non esse possit. In
deum non sentieras, in
deum tuum collera fac
caso, ubi fructus absent, sed u
nitatis, non nolisque
utique molles Trichonit
vni libertas sceleris, sed
uane, quida non u
fremit. Vale.

attulit copiarum longus usus. Nam Campania, ut est
absentibus desiderabilis, ita facile explet morantes.
Sed de hoc non ibo longius, ne illi regioni, quæ nobis
acceptissima est, denunciare, si veneto, fastidium me-
um videar. Vale.

EPIST. XXXVI.

SYMMACHUS DECIO.

NONDUM Neapolitanum littus accessimus, vi-
suri arcem deliciarum tuarum. Sed tamē omnia,
quæ Tyrhenus alluit, nominis tui plena sunt. Quid
multa? successisti in famam Luculli, quod magis mi-
ror, ad alia & te nonnumquam posse transire: nisi for-
tè fastidio fugis copias, & muratione castigas satieta-
tem. Sed nimium hactenus a fuisti. Puto jam pars
moniæ diurnitate conciliatum tibi desiderium co-
piarum. Quin ergo ad nos gradum promoves? aut
si libenter illic nostræ immorariis frugalitati, tedeundum
nobis properè est, quos non decet alienas affe-
ctare delicias. Vale.

a Sic Ms. Cu-
iae, Ed, Sch.

EPIST. XXXVII.

SYMMACHUS DECIO.

VOLUPTATI mihi est, quod vales. Sed quod
Formijs nostris Neapolitana ora præfertur, ani-
madverto tui non esse judicij. In gratiam quippe
præsentium non sententiam, sed verba mutasti: nisi
fortè rerum tuarum collatio facit, illud tibi esse ju-
cundius, ubi fructus uberior. Sed natura regionum
suis meritis, non nostris quæstibus astimanda est. Et
quid de hoc multa? Testabitur commoratio tua,
an ibi libentius ocieris: cum in dubium
non veniat, quod à me invitus ab-
scelleris. Vale.

• 06? 96.



EPIST.

EPIST. XXXVIII.

SYMMACHUS DECIO.

IOCA RI mihi visus es, cùm te scriberes obvia militum arma timuisse. Credo, ne tuum iter in Campaniae longinqua sequeremur. Nám si ipse diu versatus in castris, non nihil timoris expertus es; ego togæ afflueris, quid amaritudinis incidissim? Sed non patiōr, ut tibi ad motam proposita æmulata trepidatio. Caret Appia tota militibus, transvectis omnibus, qui pacato Africæ statu in obsequium divini Principis revertentur. Quid, quod etiam Patria in rebus angustis, vel opem bonorum, vel societatem requirit? Néque etiam præsentiam nostram sola prospera eius expectant. Laudabilioris officij est, participare dubia cum civibus. Sed jam spes melior urbis mœstæ vultum serenat, & alimonia interim proviso fulta subdio, frugis Lybicæ stipulatur adventum. Vale.

EPIST. XXXIX.

SYMMACHUS DECIO.

PLARUM QUB fors disposita conturbat: quod nunc mihius uenit, qui Etruscos vapores salubritatis causâ adire non potui, **b** retentus subitis & tumultuariis. Nulla igitur tibi per me indicitur mora: quin immò & hortor, & postulo, ut festinato itinere retentus ur- Romanas revisas, reddas que nobis jucunditatem pra- banis. sentiæ tuæ, quâ defrui in suburbanis non contigit. Vale.

EPIST. XL.

SYMMACHUS DECIO.

c Ita Leōt.
Ed. Sch.

IAM DUDUM curis publicis, **c** absolutus relegere iter potius, quam aūspiciis litterarum lenire amicorum desideria debuisti. Nam si valetudo ex sententiā sudpetit; quid causæ dicam, quod diutius in Campaniâ

LIBER

pana mororai: An ut novi
des bouisque in selemus
bis, subinpremitur, &
tis invicem infestus usq[ue] a
damnatorem operato redit?

EPIST. XI

SYMMACHUS

Quid ab ijs promiscuum bin
quum litterata levator
unda nobis hanc manus eff
grandis populi. At min
Confidatorem virtutis in
enis subtracta misericordia, p
quisque nostra offendit
et. Itaque in conve
nienter. Scie huc Senatus
non possum aliter uicem
enit.

EPIST. XII

SYMMACHUS

SIM PINDA uuln
latus cuta tendens, u
innotiori scribendi cogit
innotio facit, & inno
littera luctationem invenerit,
quæ ele teatibus efficit
innotio fructum patet
mentitentis literarum uuln
tenuit, plumbus me penit
tempem. Vale.

EPIST. XIII

SYMMACHUS

paniā demoraris? An ut nos amantissimos tui defraudes bonis, quę in te solemus amplecti? Quin immò urbis, nostrique reminiscere, & dum opportunitas æstatis invitat, iter festinus usurpa, ut longa absentia tuæ damna tandem optato reditu sarciantur. Vale.

EPIST. XL I.

SYMMACHUS DECIO.

QUÒ abijt promissorum fides? Speranti recursum tuum, litteraria levamenta tribuisti. Potuit jucunda nobis huius muneric esse perceptio, si nihil grandius spopondisses. An veritus es deliciarum tuarum Consularem virum testem? Nihil egit hæc cautio. Oculis subtrcta miracula, auribus deprehendo. Nam ut quisque nostrā offenditur parsimoniā, te abesse suspirat. *a* Itaque in contumeliam convivij mei palam desideraris. Sciet hæc Senatus, audiet populus. Neque enim possum aliter ulcisci absentia tuæ justum dolorem. Vale.

EPIST. XL II.

SYMMACHUS *b* DECIO.*a Vulg. atq;**b Hoc nomen
Decij ahest à
Mss.**c Ms Pith.**d Ita legit
Leff, Ed, Sch.*

ARUM PENDA justè cessatio est, & in affatus mutuos cura tendenda, ne veteris inter nos amicitia memoriam scribendi neglectus attenuet. *e* Quod ut libentiūs dehinc facias, à me sume principium. Entibi litteras salutationem ferentes, quas sensibus tuis voluptati esse testabitur officij & mulatio. *d* Quod si etiam portitor fructum patrocinij tui sermo iste quę siverit; præcedentis silentij accusabo dispendia. Constatibit enim, pluribus me potuisse consulere, si te alloqui antè cœpisssem. Vale.

EPIST. XL III.

SYMMACHUS DECIO.

CUM ruri agerem libertate cceli gressum reformas.
s. cuius

cuius me usus post dolorem moratur; familiarissimus
meus ordiendo, itineri paratus fecit ad scribendum sui
copiam. Illicet amicam studio meo amplectus commu-
nionem, scripta non distuli: quæ & internos a au-
gerent commercium religionis, & cōmeanti primum
apud te notitiæ limen aperirent. Si probabiles huic
epistolæ causas putas, mihi sermonis tui gratia, illi a-
moris fructus eveniat. Vale.

EPIST. XLIV.

SYMMACHUS DECIO.

REUNEROR mihi dictam à te salutem, quam-
vis diebus proximis ulro amicitiam stili, opere
frequentaverim, quæ commemoratio non exprobrat
officia, huius enim diligentia voluptate animus meus
pascitur. Est igitur tua optio, an in me velis sèpè litterarum
esse munificus, quod quidem maximè cupio.
Sed si quando nobis fructus iste defuerit, eadem mihi
gaudia tecum loquendi sermo noster præstabit. Vale.

EPIST. XLV.

SYMMACHUS DECIO.

VNA hæc via est, quæ maximè civibus ac familiaris-
tibus meis prosim, si eos in clientelam tuam, quasi
mystagogus inducam. Quod nunc pro Gaudentio fa-
cio, vir generis Senatorij: cuius modestiam, si propriis
inspexeris, reppereris claris natalibus parenti. Igitur in
obsequia tua incunclanter receptus, ante plenam b
sui fiduciam, quam mox illi motum præstabit inspe-
ctio, intelligat de se testimonio meo creditum. Vale.

EPIST. XLVI.

SYMMACHUS DECIO.

SINGULARIS animi tui bonitas sèpè vocat ad
iustas petitiones fiduciam meam. Non est igitur
commendationum familiarium verenda reprehensio,
cum

a Sic Lett.
Ed. Sch.

b Ita Lett.
Vulg. tui.

cum ipse ad hoc a n e studium voti benignitate solli-
cites Spes ergo et ta est gratia tibi fore litteras, qui-
bus otuanum virum Desiderium veterem a-
micum meum prosequor. Domestica huic causa
rumpendi ocij admont necessitatem. *b* Eam fa-
cile jacturam dissimilare potuisset, si admireret
magnum animum angusta fortuna. Ex ipso latius
audies, quicquid epistola brevitas recusat absolvere.
Mihisatis, pro eo in universum rogare. Suscipe ergo,
benefaciendi provinciam, quae hominum metia Deo
applicat, clarioresque fructus ex huius commodo ca-
pe. M hi enim vidat ut beneficia plus conferre p̄-
stanti. Vale.

EPIST. XLVII.

SYMMACHUS DECIO.

NEce abstine litteris doffsum proficisci te ad vocem *c Ita bend*
domino & filio meo Flaviaho, quem prosequi *b Vulg. Ita*
sic Ed. Scho.
hoc viatico debeo, nec aliquid a diungere, quia tu eris
ga cum diligentia non recipit augmentum. Volo igi-
tur noveris, non esse fastidij quodquā minimum de-
eo scribimus, sed securitatis de tua mente pr̄sumpt̄. *Merc.*
Talis jugiter in eum esse dignare, qualiter te *teatus a-*
micitia pollicetur: cui adjicit cui honoris gradus, us
quæ pro eo velle debes, posse non neges. Vale.

EPIST. XLVIII.

SYMMACHUS DECIO.

FA VORIS TUO factum est, ut electionum administratio-
na sumemus, quibus familiares mei emptiuit et
quos Curules ad Hispaniam commiscent. Quis so-
lute in remissis moris transire pr̄cipias; quod longo
tempore opus est, ut de singulis provincijs optimos
quosque excerpti erec̄tio, & morosior cautela
perducat. Pr̄terea tibi valdus obligabor, si *c Ita omnia*
sic emendavit
duobus alijs veredis eorundem iter juvetis. dividen-
tur enim singuli, ut ex diversis provincijs edecument

lectiores. Erit tui beneficij post illustrem & præc.
leotissimum virum Comitem, qui scilicet domui nostra
Prætoria filij mei Editio splendoris adjecerit. Vale.

EPIST. XLIX

SYMMACHUS DECIO.

CERTISSIMUS contra omnes procellas animi
a Vulgo, an.
tui portus es; id est ad te sororis meæ filius spes
tui p. est: mi-
nus perspicue-
certus accurrit. Negotijs autem genus de humanitate
seculi expectat auxilium, cuius qualitas virtutibus tuis
precum lectione pandetur. Ergo prolixus esse non de-
beo enarrator injurie, quam seriem desiderij fides
supplicationis exponat. Has autem solas partes mihi
iniungit affectio: ut pro coniugis pignorisme, cuius
pauperati gravis paratur ruina, suffragium tui favoris
exambi. Vale.

EPIST. L.

SYMMACHUS DECIO.

b Ms. Pith.
scio.

c Sic plenius
Ms. Pith.
d Ita ex eodē
Ms. legendū.

GAUDIUS te mei nec ipse ostentator esse per vere-
cundiam possum, nec testem alterum b cito. Suf-
ficit enim, quod amorem meum de tuâ mente metiris,
Debeo tamen lætitiam confiteri, quæ præfecturæ ha-
benas ad bonam transtulit voluntatem. Interea non
minore abundo lætitia, quod domini & filii mei Fla-
viani prolixus in judicando labor optatæ quiete c per-
frui meruit. Neque enim te d differri diu ab hoc præ-
mio pat fuit, neque illum ab ocio retardari. Hoc cè
scribo, ut noveris nos pro tuo honore agere æterno
Principi gratias, & te idem facere pro illius securitate
debere. Interea quæso, ut in epistolis frequentandis
morem tuum tencas, nec privatis officijs actus publi-
cos obstat causaris. Nam multijugis necessitatibus
par fuisti: nullumq; experientia genus est, cuius
magnitudo vel novitas te possit à nego-
tijs amicitia debitis ayo-
care Vale.

EPIST.

LITERA SECU
EPIST.
SYMMACHUS
HABANT & sensus
et interpretationem
et Trado tam sancto peccati
serum episcopum omnium
debetum de quo plura me dicere
de meni, & ipsius patrum non hab
laudatoris partes receperunt
speciem. Quem cum pot
me cellule potius circa iusti
tiam defuisse, Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

Q UOD tibi pro tanto in me
recedam: Officia tua res
spoudeas tamen, namquam re
thoracellatum. Nec ambigimus
de boni animi mercenariis
reputatione gratiae morae
et ceteris. Debet enim
alio cedo prefiant, Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

IVIVA est commendatio
cum Eusebii familiis
et alia bonis quibusque con-
stituentibus, reformacione
monachorum, Erasmus
et litteris, magis ut si la
bilem grecorum latitudinem
mea bona est, ut in p
no letam cuncte velut
inventus. Vale

33

EPIST. LI.

SYMMACHUS DECIO.

HABEANT ^a fortassis aliæ commendationes meæ niterpretationem benignitatis: ista judicij est. Trado enim sancto pectori tuo fratrem meum Se-verum episcopum omnium sectarum attestatione laudabilem: de quo plura me dicere, & desperatio æquandi meriti, & ipsius pudor non sinit. Præterea testis non laudatoris partes recepi; tibi reservans morum eius inspectionem. Quem cùm penitus expenderis, reperies me cessisse potius eius laudibus, quām per negligētiā defuisse. Vale.

EPIST. LII.

SYMMACHUS DECIO.

QUID tibi pro tantâ in me meisque curâ dignum rependam? Officia tua reverâ æquare nō possum: spoudeo tamen, numquam me cultu mentis & affectione cessurum. Nec ambigo etiam te pro benefactis solam boni animi mercedem exspectare. Sed in hac contestatione gratiæ morari me longius pudor tuus non sinit: deberi enim judicas amicitiæ nostræ, quicquid ego credo præstari. Vale.

EPIST. LIII.

SYMMACHUS DECIO.

PARVA est commendatio scriptorum meorum, quum Eusebium familiarem vita innocens, & an-nos militia bonis quibusque conciliet. Suo igitur ^b Ita vulgata benè, præditus merito, testimonium prote meum, non ar-bitum postulavit. Et tamen abstinere non debeo tali generi litterarum, magis ut fidei satisfaciam, quām ut labantem gratificatione sustentem. Hæc igitur petitionis meæ summa est, ut in præclaro pectori tuo formam circas voluntatis meæ inveniat. Vale.

SYMMACHUS DECIO.

Vtes soleris omnium rerum, scis quantum legatio
sollicitudinis habeat quantum peregrinatio dif-
ficultatis & circumferat. Hac domino & filio meo At-
talo Senatus desideria prosequent, amor tuus levia &
tuta praestabit. Suscepitur parres benignitatis & pe-
titionis meae debitas, & tuo ing. nro congruentes. San-
ctus Attalo videbitur, quisquis euit eventus officij, curam
pro se mercuisse potiotis. Vale.

b Sic Miss.
Tith. Ed. Sh.

EPIST. LV.

SYMMACHUS DECIO.

SÆP a nos, ut concedet, litteris muneraris. Obsole-
scere enim quadam silentij rubigine animorum
fœdus existimas. Facis officium g. romanis studijs san-
mique conveniens. Pro quâ re vicem tibi sermonis-
fere non distuli. Cuiusca solutione est, ut me affectu
tuo etiam nunc sentiam debitorem. Omnia' enī
facili vicissitudine, & compensatione reddituntur. Con-
tractus verò amicitiae & religionis æternus est. Vale, &
ad scribendum diligens esse persevera. Nos litterarum
solatia suggestemus, quibus aut animum mulceas oc-
cupatus, aut vicem referas oculos. Vale.

EPIST. LVI.

SYMMACHUS DECIO.

b Ita bene
vulg. Alij
interventu,

Tua vetus humanitas nos horritur opem poscen-
tibus non negare. Pro Theodulo autem scribendi
mihi ad te causa propensior est, quum sit colonus a-
grorum meorum, atque illi debita magis, quam pre-
caria cura præstetur. Serva igitur consuetudinem
tuam, & precibus meis, ut mos tuus promittit, insi-
stere: ut quicquid culpæ aut erroris incurrit,
contra illius meritum meo digneris
b interventu relaxare. Vale.

EPIST.

LIBER SEPTUAGINTA
EPIST.

SYMMACHUS DECIO.

E Timet & propinquat
Esperamus quos Alexander
achemini pater fecerit. Hoc
avos inter nos grand. & famili-
cous in pede depresso, vel
mucras, milihi vicius etiam
EPIST.

SYMMACHUS DECIO.

D Uas craticium
viros virorum & literarum
tos, Felicem & Minervam
amanci mei, fideliter
tis, opificis lectorum Ipsi
ita enim fructu fuman
boecum mihi nesciit.

EPIST.

SYMMACHUS DECIO.

Cicatram pulchram
luit, leopardum
hinc tam delectum
de Principi regit
nam. Deinde polli
disquisi audierat que
naturam profunda reperi
que secunda res eximia
dicitur rufopileum
dum quoniam de mentis
finit polita natus
genuis.

Vita

EPIST. LVII.

SYMMACHUS DECIO.

ET virtutis & propositi tui est, bonos quoque scipere: inter quos Alexander contemplatione honestatis jure censetur. Hunc & in adjumentum sui, & amoris in te mei gratiâ, & familiaribus litteris prosecutus impendiò deprecor, ut illi favorem congruum tribuas, mihi vicissitudinem sermonis exsolvas. Vale.

EPIST. LVIII.

SYMMACHUS DECIO.

DUAS oratiunculas meas nuper editas, ad illustres viros virtutum & litterarum sacerdotio præditos, Felicem & Minervium misi. Harum etiam te, ut amantem mei, si mediocribus ingenijs non offendaris, opto esse lectorem. Ipsi voluminis copiam facient. Ita enim studiosè famam meam nutriunt, ut suffragia bonorum mihi nesciant invidere. Vale.

EPIST. LIX.

SYMMACHUS DECIO.

SACRAS mihi litteras Julius Agens in rebus exhibuit, leopardorum munificentiam continentes. Idem tuam desideratam nobis paginam simul tradidit. Principe igitur loco salutationis tibi solvo reverentiam. Dehinc postulo, ut pro me gratias agas votivæ largitatis auctori: quæ jucundior erit, si ei commendationem prosecutio opportuna præstiterit; & quod verecundia mea vix implere potuisset, oris tui affabilitas exsequatur. Spero enim ex mensurâ affectionis, quam de te mereor, a quod cumulatis, simè possim magnitudinem nostræ gratulationis implere.

Vale.

a Ita optimè
Ms. Gifan,

EPIST. LX.

ONERABAT verecundiam meam, quod prior
scripseras. Continuò altera epistola tua gravata
fronti duplex fœnus imposuit. Formido quod cupio,
ne mihi ante solutionem duorum contractuum terrius
à te sermo tribuatur. Habet quippe hanc impatiens,
quæ in te pollet, oris ubertas, ut intervallum vicissitu-
dini neget, & officia nondum compensata præveniat.
a In Ms. abest
Una igitur ad satisfactionem via superest; ut imparem
mestilo fatear, quamvis cultu amicitiaz a parem non
negem. Nec contumaciter fieri putas, quod tibi animi
mei diligentiam conseruo. Alioquin frustria te diligor,
nisi affectione saltim nos patiaris comparari. Quare
posthanc professionem meam laudate facundia do-
num frequenta: me, si rarioer fuero, memento cessisse.
An ego adversus judicium publicum provocem sci-
ptis Epistolatum Regiam Magistrum? Nostrum est,
pastorales inflare calamos; tuum sacris tibijs carmine
incinere: nos obtundit otium, te usus exerceat. Nisi for-
tè hanc nolitam privatæ vita vacationem magis op-
portunam frequentandis litteris putas. Vides non co-
dem motu flumina de stagnò serpere, & de fonte pro-
perare? Omne quod in cursu est, viget. Continuatio
experienciaz vites suas renovat. Sublatum tibi est,
quod respondere potuisses. Fac deinceps, qui valeas
scribendi copiā, ut tantum mihi adferat facultatis
exemplum tuum, quantum ingenium meum non de-
dit. Vale.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS PATRICIO.

DE NUNCIAVERAM quod rarioer in scribendo
esse futurus. Quid amicitiaz faciam, quæ cogit,
ut mentias? Descivi à proposito: sed credo te huic
modi probare fallaciam. Nunc velim cogites, quæ
frequens esse debeas, qui spei amplius obtulisti. An
non

LITERA
non prior in me jaceamus
ego velut herbam possum ag-
spendo. Marcas eoto poni
diligentissimas. Fadem
nō pacilio nostri. Vale.
EPIST.

SYMMACHUS

Dicit o a amicitia compa-
bos mutua gubernemus
spectat praefata sententia. Pe-
tatis tua studio laudem
ni, atque eius uxori ex-
tiram; eti de aquinas de le-
nis forma suffragio ei. Qua-
ratis, adhuc jurandas per-
cum ubi innotescit, commu-
rem. Nam penitentiam fac-
pen, quod perfractum ave-
vale.

EPIST. LII.

SYMMACHUS

Tantum effigie in lucis
te à metubridum in am-
bulandum. Vicilli nocturna
recedentes, itaque sum alio-
cum in plena et, sup-
modio. & Campanie poli
Nam siles amicorum perire,
hunc militis parat insula
dolorosa, retra conspectu Va-

EPIST. LIII.

SYMMACHUS

Plotinus quorū
dilectorum

non prior in me jaculatus es oris tui munera? Quibus
ego veluti herbam porrigenus, cum venia petitione re-
spondeo. Maneas oro promissis, & captorum tuorum
diligentiam teneas Fidem tuam convenio, qui me pe-
nè jaclito mentitum. Vale.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS PATRICIO.

IDEO ^a amicitia comparata est, ut officiorum vici-
bus mutua gubernetur utilitas. In rem præsentem
spectat præfata sententia. Præsumo namque eximi-
tatis tuæ studio supplicationem fratris mei Callistia-
ni, atque eius uxoris exortem sacri beneficij non fu-
turam; cui & æquitas desiderij, & usitata imprestatio-
nis forma suffragio est. Quando igitur nihil obstat o-
ratis, admove juvandis precibus benevolentiam. Quæ
cùm tibi innata sit, remittit mihi deprecandi labo-
rem. Nam penè injuriam facit benignitati, qui anxiè
perit, quod præstantis natura ^b sponte promittit.
Vale.

^a Sic Iuretus
connecti bene.^b Ita plenius
Ms. Patb.

EPIST. LXIII.

SYMMACHUS PATRICIO.

TANTUM esse apud te loci Aurelio meo gaudeo,
ut à me tibi traditus invicem sub commendatio-
ne reddatur. Vicisti nostram pro eo diligentiam, quam
jubes arescere. Itaque sum dicto audiens. Nulla enim
caritas ita plena est, ut augmentum non capiat, me do-
mo abesse, & Campaniæ pasci ocio libens admittas.
Nam soles amicorum præspera, voluptate partiri. Ti-
bi honor militiae pariat fructus secundos, sit vita no-
stra secura, vestra conspicua. Vale.

EPIST. LXIV.

SYMMACHUS PATRICIO.

PROPINQUORUM meorum causas Martyrius
pro-

prosequitur, qui has à me litteras in suffragium suum
meruit. Quæso ut effectum sperati de te favoris obti-
neat. Vale.

EPIST. LXV.

SYMMACHUS PATRICIO.

IN tuas manus veniet causa mei pignoris, ad eò ut a-
mica legibus fulciatur. Sed ut est multiformis ple-
rumque per fidia tutorum, in variis se frequenter artes
verrit, Obnoxios credo nunc & saltim sacro cessitos
oraculo, si vestra æquitas suggesta celebraverit.
Vale.

EPIST. LXVI.

SYMMACHUS ALIPIO.

Salutationis honore præfato, familiarem ptecatio-
nem tui animi adnecto. Agris enim, quos in Cæ-
sarensi Mauritaniâ possidemus, ut fieri amat per domi-
norum absentiam, nihil reliqui facit Officij. **b** Præ-
fidalis improbitas. Sæpe ad Rectorem provinciae dela-
ta querimonia parvi habita est per ignaviam judican-
tis. Ergo quoniā remedia minora non e prosunt, ad
maiora configimus. Feras opem, quæso te, ne res tot
injurijs exhausta succumbat. Debes hoc & tuā famā
& amicitiā meā; ut peculiariter juvare digneris justi-
tiā postulati. Vale.

EPIST. LXVII.

SYMMACHUS ALIPIO.

Qui sperat brevi se venturum in conspectum ami-
corum, solet scribendis epistolis abstinere. Mili
& in a spes visendi te integra est, & fastidium non creat
litterarij usus officij. Celebro igitur honorem tuum
salute dicendā, nec interim posco rescriptum: quia fo-
nus filii mei fabularum munere, d ex
proximo repensabis. Vale.

a Sic Ms.
Ver. **V**er.
Ed. Sch.

b Sic Ms.
Gif **V**atic.
Vulg. **P**raſi-
dialis.

c Ms. **G**if.
n. posſunt.

d Sic Ms.
Pith. **C**uiac.
Ed. Sch.

EPIST.

EPIST. LXVIII.


SYMMACHUS ALPIDIO.

INTELLIGO diligentiam, quam sanctæ domui ^{a In Ms.} ux defero, nimirum tibi esse compertam. Hinc est, Pth. est, quod mecum læta communicas, & dominæ ac filiæ nostræ. meæ valetudinem stilo indicas in spem redire meliorrem. Ago igitur uberes gratias, & Deos precor, ut tua secunda proficiant. Nobis tardior Africanarum natiuum commeatus incutit curas, & sterilitas conditorum. Quapropter ad collationem vocati remedia patræ usitata promisimus. Sed votis opus est, ut voluntariæ ^{b Sie Lett.} iponioni solutio prompta respondeat. Vale.

EPIST. LXIX.

SYMMACHUS ALPIDIO.

TRABIDERUNT memoræ, qui res ^c priscas lo-
quuntur, in judicium quendam ^d vocatum, ^e Sic Ms.
quod Atticiæ tenus precarium de amico cantherium Sch.
mutuatus, ulterioris clivi ardua præterisset. Fuerit hæc
parsimonia, & diligentia pauperis seculi, ut præter-^f Sic Lett.
vectus decretum locum, commississe in amicitiam di-
ceretur. Assumpsi igitur, quod amor tuus ingerebat;
tantum quæ ^g absum a metu successionis tuæ, ut sperem
ultrò bonam fiduciam meæ gratiam. Necesse est enim
probès, quod ipse fecilès. Sed quid hæc tanquam
purgata produco? De Formiano scribo integer valetu-
dinis, unde equorum copulam magis exercitā, quam
fatigatam remisi. Mulos paulisper tenebo, hanc enim
dederas optionem: quam si repudiassem, viderer
liberius in usurpandis uti animo meo,
quam in ^{g Vulg. pro-} ^g Sic Ms.
permisso tuo ce-
dere. Vale.



EPIST.

S Y M M A C H U S A L I P I O.

CU M molestias urbanas retracto, abesse delectat
cūm vos cogitatione contempler, tædet absentia
meæ. Medium est igitur levamen in litteris; quas ideo
ad te dedi, ut simul & amicitiæ satisfaciam, & securus
exemplum, tuas mihi epistolas præstes, in quibus vi-
des plus esse solati. Vale.

EPIST. LXXI.

SYMMACHUS ALIPIO.

PLURIMUM mihi opis atque adjumenti tua lit-
teræ ad confirmationem sanitatis impertiriunt. Pri-
mò, quod te memorem nostri esse testantur: dehinc,
quod indicia tuæ prosperitatis adportant. Fateor igit
tur adhuc infirmam valetudinem meam scriptorum
tuorum assiduitate resoveti; atq; intelligo, quid ex pre-
sentia tuâ commoditatis habiturus sim, quum tan-
cum ex litteris salubritatis & indicibus accipiam.
Vale.

a Sic Leet.

EPIST. LXXII.

S Y M M A C H U S F R A T R I B U S .

b Alīj: pro-
vectus.

MEDIOLANUM *b* profectus hæc scribo, & hinc
honorificentiam vobis debitæ salutationis exhi-
beo. Æquum est, ut mea cura de vobis relatu piz
situdinis mitigetur. Vale.

EPIST. LXXII.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

PERVENIMUS, sed venisse jam pœnitit. Nam ubi
primum solum Bajani littoris contigi, statim
pedis dolore correptus sum. Atque ideo pauca dictavi,
mox in scribendo futurus uberior, si me sanitas optata
resperxerit, & vestra invicem litteræ pro-
vocaverint. Vale.

EPIST.

EPIST. LXXIV.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

PRIMO adventu, ut scripto superiore signavimus,
valetudo nostra percusia est: seu insalubribus a-
quis, sive aëris mutatione. Fots viderit. Nunc status
melior cœpit adversa tenuare: sed præ cæteris reme-
dio fuit, quod vos salvere cognovimus. Quod si etiā
rediūs nostri tempus inquiritis, ad Idus Octobris le-
gere iter, si dicto fortuna assit, optamus. Vale.

EPIST. LXXV.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

SCIO & desiderari & expectari à vobis litteras
meas, quia moris est, ut munus huiusmodi à pro-
ficientsibus inchoet. Auspiciū ergo vobis a servan-
dæ inter nos salutationis emitro; nequaquam dubi-
rans, tanquam signo dato ad respondendum vos de-
sides non futuros. Valete.

EPIST. LXXVI.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

RELEGIOSUM atque votivum est, ut à Quæsto-
ribus Candidatis dona solemnia potissimum, atq;
amicissimum offerantur. **b** Quo in numero jure cen-
semini. Offero igitur vobis eburneum dypticum, & ca-
nistrum argenteum libratum duatum filij mei no-
mine, qui Quæstorum Munus exhibuit: & impendio
precor, ut hanc honorificentiam dignemini grata-
ter amplecti. Valete.

EPIST. LXXVII.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

SVBES & aliquas silentio meo causas sponte æsti-
mam potuisse, nam e quomodo omissem reli-
gionis munia, si valerem? **d** nunc paulatim dolore
cedente officium salutationis e differre non potui.
e Vestri

a Ita ad sen-
sum concinna-
vit Leet. ad-
iutus Ms. Gi-
fan. & vulg.

b Leet. in
quorum nū.

c Sic Sch.
d Sic Ms. Pich
Ed. Sch.
e Sic Ed. Sch.

a Vulg. Sid. Vestri erit muneris referre mutuam vicem, a qua mihi dies optata pettulerit, ad convalescendum, menta præstabit. Valete.

EPIST. LXXVIII.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

POST QUAM paginam, quæ vobis salutationem ferret, emisi; b cōpore affuit, qui mihi vestras litteras exhiberet. Quarum perceptione principiò latratus; ubi commune pignus decubuisse cognovi, confictatus sum repente amaritudine lectionis. Sed quia filium nostrum redditum sanitati sub juncta docuerunt, in tranquillum denud animus remigavit. Mea valetudinis statum scriptis superioribus indicavi; cūsus denud meminisse non opus est, ne vos sollicita scriptioris iteratio couturberet. Valete.

EPIST. LXXIX.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

DE reditu filij nostri Fausti prænuncias paulò ante litteras misi, ut accelerata securitas desiderij vestri impatientiam mitigaret: sed munus salutatis iterare ipso etiam proficidente non piguit. Capite igitur geminam voluptatem; primò ex ipsis redditu, de hinc ex sermone fraterno, quo vobis redditos sanitati communes liberos indicamus. Valete.

EPIST. LXXX.

SYMMACHUS FRATRIBUS.

SUPERIORIBUS diebus litteras frequentavi; sed nulla assiduitas potis est animum amaritiseri plere. Puto autem vobis ad cognitionem sufficere, quod valete nos scribitus; licet commune pignus paucis diebus sanguinis effusione vexatum, otij nocti minuerit voluptatem; Quod jam divinâ ope ad plenam sanitatem cœpit emergere. Valete.

EPIST.

EPIST. LXXXI.

SYMMACHUS MESSALÆ.

FORTUNA cum civibus nostris revertit in gratiam, postquam te sibi & Republica vindicavit. a Ita ex Ms. Gif. Pith. &c Iur. leg. Ed. Sch. Anumerandus est igitur cæteris sperantibus æquitatem lucundus amicissimus meus; quem morbo jam diutino gravem, b Sic Lect. b Perfectura eminens ad cogitationem privatæ litis exciverat. c Ita Meror. c Est illi quidem votum, sub examine tuo respondere propositis. Sed valedictio voluntati obnuitur, quæ effusione languinis lauciata, itinerum recusat incerta. Nec dectit jus adversantis petitioni, si ad Vicarium tuum disceptatio transferatur. Hæc igitur summa est postulati; ut cum causæ nihil de loco pereat, salutem homini peregrinatio remota conciliet. Vale.

EPIST. LXXXII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

INSTRUE NDA mihi atq; adotnanda Prætura est, ad cuius Editionem magnitudinis tue processus animavit. Incepsum enim meum viribus fratris uertetur. Queso igitur mecum religiosè votiva officia partiaris, & familiaribus meis ad Hispaniæ longinq; pergentibus, ob eorum Curulum coemptiōnem, suffragia promovendi d negotij digneris ad nuere. Longum fiat, si velim litteris præstanta percurrere. Capita rerum subi: Et o indiculo strictim notavi. Tibi integrum erit, adjicere beneficia, si qua stilus petentis omisit. Vale.

d Ita supplet
Ms. Cuiac Ed
Sch.

EPIST. LXXXIII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

SI quid pro amico atque unanimi meo lucundo priora scripta valuerint, agendis magis gratijs, quam renovandis petitionibus a me sermo impenderetur, sed quia in civili negocio auget eius infirmitatem

tem

a Ms. Cuiac.
Ed. Sch.

b Ita Lett.
Ed. Sch.

c Ms. Pith.
Ed. Sch.

tem a crebra conventio; jamnon pro causa, sed pro valetudine familiaris mei in studio sermonem. Et certe difficultis imperatio esse non debuit, b postquam illi divinus affatus longae peregrinationis gratiam fecit: cuius rei executionem miror esse difficilem, cum lenitas tua soleat talia etiam sine Rescripti auctoritate praestare. Impensis igitur queso, ut Vicarii foro saepè in his judicijs agitata causa reddatur: quando hoc & sacrae litteræ c imperant, & judiciorum non refutat humanitas. Vale.

EPIST. LXXXIV.

SYMMACHUS MESSALÆ.

PRIMA M mihi scribendi causam religio fecit, ut amicitia nostra litteris excolatur. Secundam suggestit humanitas, ut viro optimo Thalasso familiaris meo tua concilietur affectio. Superest, ut & mihi sermonis tui vicissitudo respondeat, & commendato ex sententiâ procedat optatum. Vale.

EPIST. LXXXV.

SYMMACHUS MESSALÆ.

d Ita leg. ex
Ms. Cuiac.

ET d mei circa te propositi ratio poposcit ut scriberem, & viro clarissimo, atque ornatissimo Eusebio ad stipulatio mea deesse non debuit: quem probè de optimis viris emeritum queso tua benignitas munieretur. Nam laudabilis quisque hanc solam mercedem pudoris atque honestatis exoptat, ut ad intimam familiaritatem bonorum tuique similium purâ conciliatione perveniat. Vale.

EPIST. LXXXVI.

SYMMACHUS MESSALÆ.

e Ms. Pith.
non habet Td
tribuit

OMNIS commendatio amicis testimonium e tribuit, suffragium præstat incognitis. Processus igitur vir ornatissimus filius meus, non est in ea parte numerandus, cui ex beneficio scripta præstantur; sed potius

potius in eis cui scilicet
jam liquenterbi, que circu-
fit formam judiciorum, quem fac-
tum eligunt, & quantum
vit, tantum quod bene signi-
ficiuntur.

EPIST. LX.

SYMMACHUS

NUMIDAM familiari-
tatem, ut videlicet
quod apud nos honestis effici-
re compenser. Motus hum-
eris, in omnibus, quod nulli
commendant iustitiae Vale.

EPIST. LXI.

SYMMACHUS

AMICITIA patrem vel
filium, ut charitas fratrum in
nos & hereditatem suam pos-
sumus quodammodo compre-
hendere, ut videntem tempore
in fidem fidelis sumus, ut
cum opere possemus. Quod
potius in eis, que circu-
fit formam judiciorum, que
cetera autem sunt, quod non
figurantur, quod caput non
ad hoc accedit, ut in aliis
donec boni, & si quisque
bis vide.

EPIST. LXII.

SYMMACHUS

JUXTA litteras tuas
quaesitum legi, quod
item nec iustitiae
opus, per valorem

potius in eā cui vicissitudo ex amore persolvitur. Puto
jam liquere tibi, quæ circa illum familiariter tenenda
sit forma judicij, quem sine favore commendō. Di-
gnum est igitur, & quantum apud me meriti colloca-
vit, tantum apud te benignitatis inveniat.. Vale.

a Sic Ms.
Pith. Ed. Sch.

EPIST. LXXXVII.

SYMMACHUS MESSALÆ.

NUMIDAM familiaritas nostra apud te debet
iuvare: quem tuo tradō suffragio, ut meritum,
quod apud nos honestis officijs collocavit, tua pro me
cura compenset. Mores hominis ex meo pende iudi-
cio, & in omnibus, quæ utilitas eius exquirit, votum
commendantis imitare. Vale.

EPIST. LXXXVIII.

SYMMACHVS MESSALÆ.

AMICITIA parentum recte in liberos transfe-
runtur, ut charitas semel inita, successoribus eo-
rum velut b hæreditatio iure proficiat. Quo nomine b Sic Ms.
optimi quoadam viri Gregorii filium diligendum pa-
riter ac tuendum recepi. Fuit enim mihi cum patre
eius fidum fœdus animorum; sed religionis debitum
tecum opto partiri. Quapropter quælo, ut curam meā
pro eo in his, quæ usus poposcerit, exsequaris. Inter
cætera autem vora juvenis præcipuum liberalis animi
signum est, quod cupid foro tuo non obscurus ortu
actor accedere: cui (ut spero) & magisterium splen-
dere dicendi, & suffragium mentis bonitate præsta-
bis. Vale.

Pith. Ed. Sch.

EPIST. LXXXIX.

SYMMACHUS MESSALÆ.

JAMDUDUM litteras meas in manus tuas credo per-
latas, quib⁹ allegavi, quod iudiciis approbatum est;
amicum meum Iucundum, quamquam tui examinis
cupidum, per valetudinem non posse profici sci. Huius
T indies

indies morbus augescit: & idēd repeto postulatum,
ne incidat invidiam contumaciam, qui miserationem
meretur. Et sanè civili causa nihil decerpit humani-
tas, si ad Vicarium vestrum transferatur examen. Nam
pariter & laboranti detrahetur injuria, & a negotio
finis debitus eveniet.

a Ms. Pitt.
Ed. Sch.

EPIST. XC.

SYMMACHUS MESSALE.

PROBAVIT effectus non immerito a me sperata,
quæ præstare dignatus es, magisque me culpam
potuisse contrahere, si apud amantem, Praetorias pi-
gnoris nostri necessitates pudore tacuissim. Ornati
ergo nos gaudeo frequentibus amoris tui testimonij:
& volo spes, quicquid gratiae Editio nostra quæ sive-
rit, ad tua beneficia me cedente referendum. Vale.

EPIST. XCI.

SYMMACHUS MESSALE.

HONORES quidem semper viræ ac litterarum
splendore gessisti. Sed bonorum nunc omnium
gratulatio est, etiam publicum tibi decus esse dela-
tum. Opto igitur ex sententiâ partis fruaris insignibus,
& provectus in cumulum gloriae magnitudinem judi-
cij Imperialis æquipares. Vale.

EPIST. XCII.

SYMMACHUS MESSALE.

b Sie ex Ms.
correxit Leib.
Ed. Sch.
e Mer. Ed.
Sch.

OF FICI mei est nunciare, quod valeam: b voti,
ut te salvere cognoscam, Ego indicio prospero-
rum meorum partes amantis implevi: tu mihi adhuc
debes sanitatis tuae gaudia. Quæ ut e solidâ fide
in notitiam meam veniant, & Deorum
favor & tua scripta præsta-
bunt. Vale.

EPIST.

LIBER SEXTUS
APRILIS
SYMMACHUS
A Micromachus geniu-
tione proficeris. Dignus
Hic aut dignatus tam
instituto manare, quod ali-
querius magisterium optine-
re facit, constantiam rem
non diligit. Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

HONOR' milie sedi-
citur. Quam agitur in
ximūficio, fama & angelis
conspicit. Nec procul ab
clam capella. Juvenal' in
federum littera ingenua
cunctis redib' octauum, quod
fis. Sed illa quoque eum no-
vete. Relata ut velut quod pri-
bus potis ex facilium de-
depulit' sanab'. Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

A Meli eti uniuersi-
tatis dignitas es. Nihil
documents very familiaris
D.N. Honori Angellum
ciam magnifici Consilii m-
qua & ipsius meritum iudic-
erit. Et hoc certat. Interro-
gatur ne quisquerit. Nec in

EPIST. XCIII.

SYMMACHUS * LONGIMANO.

^{*}Alij LON-
GINIA-
NO.a Ita Ms. Iur.
Ed. Sch. Vulg.
Amicorum.

AMIC ^e animo gaudia nostra participas, & integratum Flaviani filii, mei honorem stili gratulatione prosequeris. Dignus es leta cui semper eveniant. Hac autem dignationis tuae benignitatem scio ab illius instituto manare, quipræstit. Laudabiliter igitur sequeris magisterium optimæ voluntatis. Tene quæso, ut facis, constantiam rerum bonarum; illum imitare, nos dilige. Vale.

EPIST. XCIV.

SYMMACHUS LONGIMANO.

HONOR militiae vestrae dantis beneficijs enitescit. Quum igitur te meritoru ratio summis proximū faciat, famæ ^b ergo & gratiæ decus benignitate conquire. ^c Nec proculabest, de quo huiusmodi frumentum capessas. Juvandum enim tibi filium meum Desiderium litteræ ingerunt; vitum, præter fortunam, cunctis rebus ornatum, quas sibi hominum cura præstat. Sed illa quoque cum eo in gratiam, si faveris, revertet. Restat ut velis, quod pro loci ac meriti tui viribus potis es, sic facile inclinatum amici nostrincogociū depulsâ lite sanabis. Vale.

EPIST. XCV.

SYMMACHUS LONGIMANO.

AMPLICTI amicitias domini & filij mei Flaviani antea dignatus es. Sed nunc tempus datur, ut illi documenta verę familiaritatis exhibeas. Sacris enim D.N. Honorij Augustissimi Principis litteris ad officium magnifici Consulis evocatus, occasionem dabit, quæ & ipsius meritum judicio tuo pateat, & tua in eum affectio clarescat. Interea partes parentis interventus meus exsequitur. Nec in dubium venit, quid ponderat

habeat pignorum commendatio apud eum, qui suos
diligit. Hæc autem summa est desiderij mei, ut in ani-
mo tuo reperiat amorem meo similem. Vale.

EPIST. XCVI.

SYMMACHUS LONGIMANO.

IN favorem mei Dynami cohortaris, cuius tibi amo.
a Alij Vulgo ornatu ab alijs distinctione. re non cesserim. Est enim vir artium bonarum, cul-
tus, *a* ornatus. Libens itaque in tuam concedo sen-
tentiam, dignumque esse prædico, qui nostro Ordini
copuletur. Sed adjicienda est ei prærogativa militiae, ut
beneficio affectionis utatur. His quippe tantum mu-
nia relaxari Divalia constituta voluerunt, quos castræ
sis honor illuminat. Si igitur & hoc insigne detuleris
quod annonatum & erectionum cumulet adiectionis; pro-
no cursu in Consulares legetur. Quare in tuâ manu el-
& illius meritum: & meum studium supplementis tali-
bus adjuvare. Interea nimis miror, quod in viro illu-
stri Flaviano domino & filio meo, nec gradem hono-
ris, nec jus amicitiae cogitasti. Nam cùm praestans au-
toritas tua vinatij tituli debita flagitaret; usque ad
officij *b* multam condemnatione progressa est. Pa-
tienter admitte, neque Praefecturam, neque amantis-
simum tui virum tali contumeliam debuisse perstringi.
Quæso igitur, ut tantum ei post hac deferre digneris,
quantum tibi invicem convenit exhiberi. *c* Egò certè
amborum parens nihil à te patior stridoris emergere:
quin immò religiosis officijs crescere inter vos causas
mutui amoris exopto. Vale.

EPIST. XCVII.

SYMMACHUS LONGIMANO.

CEPI ex litteris tuis gaudium, postquam familiares
meos ad Hispaniam commeantes adiutos episto-
lari commendatione docuisti. Quare acceptam gratia
& mente contineo, & ore confessor. Facit autem ve-
cundia tua, ut de hoc pacius loquar. affectum
enim, non verba desideras. Vale. *EPI-*

*b Ita bene ex
Ms. Gif. Sch.*

*c Sic Lett.
Ed. Sch.*

LIBER
EPIST. 1
SYMMACHUS
IAMODIUM desiderans
dic animi gratulationes
reorū & amore responderem
frequentate digneris meus
tribus. Sed huic populi
Nepentim peccato mea deli-
mitis benignitas. Vale.

EPIST.
SYMMACHUS
CULTUM amicitiae lib-
mitate talibus cur-
gus autem diligenter in-
beneficij loco experire no-
to defero. Ipse enim talibus
que latitudine affiditur, illis
EPIST.

SYMMACHUS LA
SENTIO quid iniurias
genit. Sed velim, ut
alium meum l'au-
titur, erga amicos
igique aliquid in alterius
bono utrummodi per-
nas, & cuiusmodi alienum
fancionibus res ut
qui in socium tuum
metu quoque a præcep-
tis, talibus & indecoris
fieri purgantur. Vale.

EPIST. XCVIII.

SYMMACHUS LONGIMANO.

IAM DUDUM desideratas litteras tuas nunc immo-
dicā animi gratulatione suscepī. Debita igitur reve-
rentiā & amore respondens, adjicio ut in reliquum
frequentate digneris munus voluptabile, quod sponte
tribuisti. Sed huic postulato non opus est immorari.
Neq; enim petitio mea debet elicere, quod tua ^a pro-
mittit benignitas. Vale.

*a Sic Ms.
Cuiac. Ed.
Sch.*

EPIST. XCIX.

SYMMACHUS LONGIMANO.

CULTUM amicitia libenter exerceo. video enim
mihi à te talionem curæ parilis non negari. Ma-
gnus autem diligentia incentor est amor tuus. Quare
beneficij loco exprobrate non possum, quod ex debi-
to defero. Ipse enim tibi auctor es officiorum meorū,
quæ scribendi assiduitate sollicitas. Vale.

EPIST. C.

SYMMACHUS LONGIMANO.

SENTIO quid mihi affectionis invicem deferre di-
gneris. Sed vehementer admiror, quod dominum
filium meum Flavianum, qui te parili amore comple-
ctitur, erga amicitias tuas imparem esse suspiceris. Si
igitur aliquid in assertione meâ putas esse gravitatis,
b oro ut huiusmodi persuasionem me adseritore depo-
nas; & exclusis aliquarum susurris constantiam serves
sanctis moribus tuis & amicitiæ congruentem. Certè
si quid in notitiam tuam æmulus c' sermo perverxit;
mecum quæso d' participes, ut amaritudo quæ
exalitorum e' insimulatione concepta est,
fides purgationibus diluatur.
Vale.

*b Ita totum
hunc locum
restituit Leet.
Ed. Sch.*

*c Ita Ms.
Leet.*

*d Mercer.
Ed. Sch.*

*e Ita Leet.
benè.*

— 3 —

T 3

EPIST.

EPIST. CI.

SYMMACHUS LONGIMANO.

SANCTO Eusebio arbitror pro summâ commendationis sufficere, quod cum mihi profiteor approbatum: & ideo verbis pluribus elaborare non debeo, ut ei tuam concilium voluntatem. Præsumptum quippe teneo, his, qui mihi fida obsequia deruerunt, favorem tuum minimè defuturum. Nos ex sententiâ valemus, libenter habituri, si sospitatis tua litteras non negarim. Vale.

EPIST. CII.

SYMMACHUS PETRONIO ET PATRUINO.

PRO cognitis & probatis pauca dicenda sunt. Mei enim officij, non sui meriti testimonium ferunt. Quapropter laborare non debeo, ut præstantiæ vestre domini & filij mei Flaviani merita commendem: si quidem vetus inter vos amicitia revertetur ad usum feliciorem. Mei sermonis hæc summa est: ut in patriam reduxi per perpetuum amorem vestrum, mihi mutuam reportet salutationem. Valete.

EPIST. CIII.

SYMMACHUS PETRONIO ET PATRUINO.

a Vulg. vig.
integri, &
prosperi. l.
Sic autem
Ed. Sch.

OPTO ut hanc salutationem vigoris & integer, & prosperis latus accipias. Tradetur autem ad optimum vitum Desiderium, cui maximam laudem pura vita conciliat. Testis hæc officij mei pagina; relatura plurimum boni, si te prouum in amicitiam tradentis attraxerit. Nam ut respondere digneris, enitendum mihi pro tuo amore nou arbitror. Hæc una voti mei cura est, ut favorem commendatus adquirat, reheatque laudator beneficiorum tuorum; quorum utilitas ad illius commodum, ad meum sensum gratulatio redundabit. Vale.

EPIST.

EPIST. CIV.

SYMMACHUS PETRONIO ET PATRUINO.

VIDEO Flaviani filij mei honorem propterea huc usque jacuisse, ut ei testis melior eveniret. Inciderat in tyranni & justitium judicio bonorum temporum reservandus. Sed præstit illi amissio Præfector^a, a Sic Ed. Sch. Vulg. bene quod mutavit auctorem. Quæ igitur verba tantum sicutum munus æquabunt? Coniungite, oro, vos nobis ad referendas præcelso viro gratias. Nam cùm singuli vicem rei magnitudine; opus est laudatoribus multis, ut numerum impleat onus debiti. Et sanè dominus pectoris mei, à quo profectum est beneficium, non ex alterius verbis, sed ex gaudio conscientiæ mensuram facti sui colligit: nec ignorat talia esse, quæ præstat, ut vincant spem solutionis. Nos tamen gratiæ vicem, b Sic probat de amicitiæ & observantiæ rependemus: damusq; huic Lett. rei obsides animos, quibus satisfaciunt liberi lucis auctoribus. c Pijs enim contractibus amor sufficit. Vale.

EPIST. CV.

SYMMACHUS PATRUINO.

c Ita Ms.
Cuiac.
Ed. Sch.

AGENDIS D. M. Comiti excellentissimo viro gratijs par esse non potest mediocritas verborum meorum. Tibi igitur hoc munus injungo, ut de impetratis evectionibus in adminiculum Prætoriæ functionis, habitum mentis meæ apud eum pleniū exsequaris: simulq; digneris enīti, ut in rem missis celer ad Hispanias transitus imperretur. Appetit enim tempus Editionis, metusq; mihi est, ne equorum Curuliū tarda d coëmptio, & morosa deductio sollicitis e arctetur angustijs. De hoc etiam sublimem virum & præcellentissimum Comitem, securus impetrationis oravi. Adjeci præterea commonitorē, cuius suffragator esse dignaberis: ut si molesta petitio non videtur, familiares meos datis ad potissimos Hispaniaruw litteris prosequatur. Satis dictum est. Si quid aliud tuis auribus amicorum meorum sermo suggesserit, oro, ut in

d Sic Ms.
Lett., Iur. Ed.
Sch.
e Lett. Ed.
Sch.

in curam sancti & fidelissimi pectoris tui recipere non
gravcris Vale.

EPIST. CVI.

SYMMACHUS PATRUINO.

AMOR mutuuus facit, ut tibi ex usu meo agenda delegem. Cum igitur filij mei Prætoria instet E-
dirio, quam vir Illustris Comes, omni virtutum genere
sublimissimus, suis evocationibus juvare dignatus est;
coëmptioni equorum curulium celeritas admovenda.
Quare quæso te, ut familiates meos ad Hispanias mis-
sos, nulla tarditas demoretur: quos comæ endati tuis
litteris volo, ut illis merita tua Hispanorum mentibus
impressa suffragio sint. Vale.

EPIST. CVII.

SYMMACHUS PATRUINO.

*a Alij: ege-
nis male.* **I**ULIANI a Agentis in rebus modestiam novi, na-
tales probo, fortunam dolco. Fatalibus enim ma-
lis diu & graviter exhaustus est. Sed credo cum eo o-
mnia in gratiam redditura, si patrocinio tuo & huma-
nitate foveatur. Plura non dicam, cum præclaris mo-
ribus tuis familiare sit, opis indigos sublevare, & huic
petitioni meæ etiam tuæ mentis natura consentiat.
Vale.

EPIST. CVIII.

POST consensum partium, post vinculum pactio-
nis, allegataque in judicio monumenta placito-
rum filius meus Cæcilianus deuò ad incerta litis at-
trahitur. Nota b est tibi qualitas causa meritò omitto
comperita stilo exequi. hoc tantum de sancto animo
tuo imperatum volo, ut ijsdem viribus, quibus lucta-
mina prima sedasti, repetitæ medeatis injuria:
quia justitiam tuam debet acrius inheritare
adversum fidem placiti rupta
concordia. Vale.

EPIST.

b Sic Lett.

LXXX
EPIT.
SYMMACHUS

A PERTA et impre-
dictum quidem patroci-
nium quatinus, faciem pro-
tant. Adhuc igitur filij a
omni conciliante non pos-
sunt concordia. Nam inde
quibus facile si suffragian-
te atque fratre portus con-
tant. Prolixior in personis
qualitas, & tua iustitia plus
interventus erit. Vale.

SYMMACHUS

D Uo ad me bona pacifici-
cij perculerant. Rerum
Procasib, & domino ac ille
paratus erat defensio. Num
redes interas operi hunc expre-
stimus per vicecumduum. dif-
finitionem laetitia mea. nra
eius de rebus in non amari
diis etiam illa opera conser-
ne filij melius potest. ne
honester aliente. nulli &
dum amabile fieri. & recipi
resistit socii. aperte
jucula. subversio. per
stramineo. & subtili. que
etiam libet. & effici
rit. altempore voluntate
futuropromiscuum. que
quester populi. ne
nisi per

EPIST. CIX.

SYMMACHUS PATRUINO.

APERTA est improbitas eorum, qui reducunt in quæstionem pactionibus terminata, & per impatientiam quietis, finem iurij secundâ lite commutant. Æstimâ igitur filij mei Cæciliâ dolorem, cui otium conciliare non potuit damnis patrumonij empta concordia. Nam reducitur in longinquaj judicia, quibus facile si suffragium tuleris, eructur. Est enim in te atque fratre portus omnium, quos fortuita sollicitant. Prolixior in petendo non esse debeo: quum causæ qualitas, & tua justitia plus de te favoris, quam meus interventus eliciat. Vale.

EPIST. CX.

SYMMACHUS PATRUINO.

Duo ad me bona parilis voluptaris recentes nuncij pertulerunt: & vos justis honorum creuisse Processibus, & domino ac filio meo Flaviano fructum Privati otij esse delatum. Sumpât igitur geminâ fide, vestras litteras super hoc expectare non debui, quas æstimavi per verecundiam differendas. Quare æstimationem lætitiae meę vobis relinquo: quia mensuram eius de vestro in nos amore a colligitis. Sed his gau-
dijs etiam illa opto coniungi, quæ de Prætoriâ Editio-
ne filij mei jam pridem postulata meministis. Nam ve-
hementer admiror, justis & solemnib⁹ desiderijs non
dum arrisisse sacrum R̄ escriptum. Itaque secundis literis rursus oravi, ut petitiones nullas graves, mihi vero
jucundas, quibus missa pariter etiam minorum magi-
stratum exempla suffragantur; benignè, ut mos eius
est, tradi ubeat b effectui. Sed beneficentiam tanti
viri, cui semper voluptas est, supra spem magna prä-
stare, promptiorem spem reddendam, si, ut sic
quenter poposci, vestris admonitio-
nibus provocetur Vale.

T 5

EPIST.

^b Sic Lett.
Ed Sch.

SYMMACHUS PATRUINO.

FRATREM meum Severum multo sermone proferer, si novo aditu amicitiam tuam peteret, praedicationi ingenium eius conveniret. Parco igitur copia, tuoque judicio: ut justitia diligentiae tuae potius voluntati, quam meis litteris applicetur. Vale.

EPIST. CXII.

SYMMACHUS PATRUINO.

CUM tibi omnium meotūcūra p̄q̄ ipua sit, p̄sumo filio meo Arcentio spectabili viro, quē mihi adjungit affinitas, intimam familiaritatē tuā posse referari; quam ineritō illi & vitæ decus, & familiæ antiquitas conciliat. His proprijs eius bonis etiam merecēs in augmentum commendationis accedunt: ut planè dubitare non possim, cumulatiūs ei & meum testimonium, & tuum judicium profuturum. Vale.

EPIST. CXIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

DOMINUM & filium meum Attalum de summatis viris ad Dominos & Principes nostros amplissimus Ordo legavit, infrastructum varijs de more mandatis, quæ spectare visa sunt bonum publicum. Huic si fautor accesseris, futurum reor, utili pro labore fructus acommodet. Quæso igitur, vel legationis merito, vel meo nomine in optimūm virum benè consulas; qui satis animi confirmatus est suffragio tuo successuram fœlicitatem. Vale.

EPIST. CXIV.

SYMMACHUS PATRUINO.

BEATUM te, qui honorum bemeritus otias. Nos in Patriæ salo vivimus, & fluctibus verberamur, Quorsum ista protulerim, dominus & filius meus Attalus eloqueretur: cui spes visenda præstantia tuae, laborem per gravitationis fecit optabilem. Vale. EPI.

^a Ita Ms. Inv.
Pith. Ed Sch.

^b Lett. Ed
Sch. Variat.
Ms. Pith.
Vulgata bene
habent.

Duo mibi patres meū
duo erū, qui et ambo
movebāt. Deinde fratris no
ventus; quem ego in numero
rendum, principiū meū
rem, ex prærogatiā meū
proprie congregello posse
adixi eum minus quam
cundiam predicarū, &
data littera videbat in
opatum tibi solvo respon
tentia, & frui communi
gnocas. Hunc autem res in
solonoster facilius indic
expli Vale.

Sic pro indicā tibi be
patrum suffragando
fencordia debetatur. Me
no arbitrio longo am
memoriz viti Sevenij
inveniur annis, præ
Quicquid eorum patet et
vetar impenetrere possi
tu, qui familiā ambo ad
dūt.

Exortim de secon
de libibendi perfici
debet. Scio enim plen
genit, sed oblitus gravibus

EPIST. CXV.

SYMMACHUS PATRUINO.

Duo mihi patiter jucunda delata sunt. Primò sermo tuus, qui etiam si continuus, fastidium non moveret. Dehinc fratri nostri Frumentij exoptatus aduentus; quem ego in numerum & bonorum esse refrendum, priusquam morum ipsius periculum facerem, ex prærogativâ tui testimonij judicavi. Sed ubi propiore congressu probitatis ornamenta patuerunt; adverti eum minus quam ratio postulabat, per verendum prædicatum, b ne ipse se laudatione suâ mandatâ litteris videretur ingerere. his ergo munericibus optatum tibi solvo responsum, quo me agere ex sententiâ, & c frui commodâ cum meis valetudine recognoscas. Huic autem rei nihil adjiciendum puto, cùm solo nostrâ salutis indicio gratulatio fraterna possit expleri. Vale.

EPIST. CXVI.

SYMMACHUS PATRUINO.

Scis pro insitâ tibi humanitate quid parvulis, & parentum suffragio destitutis benignitatis ac misericordiae debeatur. Merito mihi apud te utendū esse non arbitror longo ambitu litterarum pro illustris memorie viri Severi filijs: qui nisi bonorum Iudicum juventur auxilio, prædæ atque iniuriæ subiacebunt. Quicquid eorum poscit utilitas, favor tuus non gravet impendere: ut publico saltim defendantur adiutu, qui familiaribus adminiculis deseruntur. Vale,

EPIST. CXVII.

SYMMACHUS PATRUINO.

Ex sorte mei sermonis mei esse non patiar, neq; à scribendi perseverantia silentij rui imitatione deducar. Scio enim plerumque non amicitiae negligentiâ, sed obstrepentibus curis officia retardari. Vellim

lim idem credas, & in posterum curam capellas integrandi istius muneris, quod ipse jam pridem moraris. Ero tunc promptior exhibendis litteris, qui ne nunc temporo, cum gratiam mutuam non reporto. Vale.

EPIST. CXVIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

CERTUM habeo, nihil apud animum tuum amicorum litteris esse jucundius: & ideo promptissime frequento colloquia, quæ scio apud eximium virum magni essentienti. Supereft, ut ipse, quam benignè litteras meas sumis, tam libenter indicia propriae sospitatis emittas. Vale.

EPIST. CXIX.

SYMMACHUS PATRUINO.

CORDI est frequenter alloqui vos, ne videatur apud me officiorum familiarium cura tepusisse. Atque ideo salutem yotis opto, litteris dico: petens, ut si quando stili usus inter Mallo longiore cessaverit; causam silentij non voluntati, aut desidie, sed occupacionibus applicetis. Vale.

EPIST. CXX.

SYMMACHUS PATRUINO.

ATHANASIUS V.C. peregrinationis injuriam a Ms. Gisf
vinde, a juncta obligatione pignorum nuptiarum arbitris negantur. Exaggerarem factum huius invidiam, nisi verba rebus essent minora. Ipsa apud te quod quæsto opus est, pleniū eloquetur. Orare non debeo, ut tuo juvet auxilio, quod illi & amor tuus spondet, & munita legibus causa conciliat. Vale.

EPIST. CXXI.

SYMMACHUS PATRUINO.

Scio ad indicium amicitiarum pertinere, quod reli-

gio-

Liber S.
gionem rem patitur a nobis
Suscipit, quodammodo
mutat diligenter etiam
Italia dereliquerat, quae
habet. Dignate ligare eum
Igitur: nisi vindicare, siem
qua frustis avata committit
de suor morz, quia de
do apparatum non teleazar
EPIST.

SYMMACHUS

PROSO modellum
non debet, dum per
te nesciunt, quodammodo
dispendit mecum
ud & quo procul fore
Confitit pio beneficio
sonam, coadiutor
cas. Stetit, bene
genij in meum
absentis gaudium
autem populum tenet, &
emptio facit. Ante
omnium perpetuum
autem meo tristitia
nisi. Intelligimus
necessarium, cum liber
issimo, non expeditum
EPIST.

SYMMACHUS

IN via opima transi
infelix, ut Toscana
& insulae cohæderat. No
merum eius in pessima

gionem tuam participem nostrae necessitatis assumo.

Suscipe igitur, quæso te, proclive mandatum, quod pro-

mutuâ diligentia etiam non rogatus curare deberes. a a Sic Lett.
Ed. Sch.

Vrsi quām plurimi ad Editionem Muneris nostri ex

Italiâ devehuntur, quos cupimus celeriter in usum ex-

hiberi. Dignare igitur eorum transitum studio & di-

ligenzia vindicare; simulque adhibere custodiam, ne

qua fraus avara commutet. Maximè autem rumpen-

dæ sunt moræ, quia dies proximus functioni cogen-

do apparatu non relaxat industias. Vale.

Ammian.

XVI. 12. p. 110.

EPIST. CXXII.

SYMMACHUS PATRUINO.

PROBO modestiam tuam. Sed damno mihi esse
non debuit, dum sperata expectat impleri. Et cer-
tè nunc postquam rei effectus finem silentio dedit,
dispendium meum frequentior stilus farciat. Est ali-
ud b quo juncta scripta compenses. In agendis D M.
Coasuli pro beneficio suo gratiis nostram sortire per-
sonam, eo affectu, quo amicorum tibi gaudia vendi-
cas. Sed, ut scio, luculentioribus verbis, & propter in-
genij tui magnitudinem, & sine adulatioñis pudore
absentis gaudium prosequeris. Adde, si placet, quod
antè postulatum tenes, ut aliarum Lybicarum mihi
emptio sacrâ Auctoritate præstetur. Quo impetrato
omnium perceptionum donum putabo. De juvenc
autem meo retexere non laboro, quæ sponte memi-
niisti. Intelligo enim remitti modestiæ mæc precandi
necessitatem, cum libentiū à sublimi & magnificen-
tissimo viro non expectata præstentur. Vale.

b Sic divina-
bat Sch. ad
sensem.

EPIST. CXXIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

IN viro optimo & amicissimo meo Petrocio Roma-
na simplicitas est. Taceo, quod illum longa militia
& inculpata cohonestat. Minora enim cetera facit
morum eius inspectio. Hunc unanimitas vestra ante

non

non didicit: judicium meū secura suscipiat. Si visu
stro jam eī opus fuerit, quæso ut illi honor testimoni
mei conciliet apud vos amoris augmentum. Vale.

EPIST. CXXIV.

SYMMACHUS PATRUINO.

AMICORUM liberis usui esse debemus, quod
etiamsi ipse nescirem, tuo exemplo & imitatione
didicissem. Ad hanc sententiam pertinet, qui tibi li
teras exhibebit. Fungitur autem militiā in scribijs li
terarum: cui satis opis & felicitatis eveniet, si ad cli
entelam splendidissimā domū tuū meruerit perveni
re. Vale.

EPIST. CXXV.

SYMMACHUS PATRUINO.

ATHANASIUM bonis artibus clarum securius
amare cœpi, postquam de eo judiciū tuum com
peri. Magna enim prærogativa est, placuisse sapienti.
Quare commendatione eius abstineo, ne minora affe
ram, quām te credo sentire. Illa pars mihi pronior di
ctu est, ut ames in eo spem, quam dedisti, addasque in
choato beneficio perfectionem. Quām si aliquis ev
etus eluserit, effice, oro te, majora præstanto, ut illi
prioris voti profitamissio. Vale.

EPIST. CXXVI.

SYMMACHUS PATRUINO.

NON novum atque intentatum refero postula
tum, sed quod in gestū tuis auribus recognoscas.
Illustris memoria viri Rufini ex præfecto urbi filias
paternā affectione defendo: quarum solicitudinem
per vos quibus Reip. cura est, o protutari. Et ideo pre
cator accedo, ut quicquid clarae quidem, sed misera
bilis domus usus exegerit, facili impetracione mere
antur. Res namq; illis est per Apoliam, non tam redditu
ampla, quām censu. Hęc nisi honorum Iudicium ful
ciatur auxilio, publicis oneribus fessa succumbet. Opis
igit ut

Liber SAV
igitur ruzleram caput
gratia debetur, & gen
delectatur. Vale

EPIST.

SYMMACHUS

PROMPTIORIM me
vni detinacōm iudic
sim plurimum volvuntur
non sperat prædicta. sed a
uto, quid negotio pomer
vici. Narrabit hinc rebus
spatii rei exitu officia mil
itaria sparsas, inventio
Hoc etiæ tegetur hinc
e felicitera successio
tionis agere quoque
apud omnes virtutis
ta condit. Vale.

EPIST.

SYMMACHUS

A Motu meo
cupidine fugi
cedat: et cum th
jusimulacione f
vir clarissim
ste, laetus, solus
genitus sed inven
antimuram ali
concluxit, ali
debetur. Quo
si quicunque merita
mentis reddere, u
nusquam ligata
difficilis. Iam d
tardius discutitur

igitur tuæ levamen expectat. a Me quoque tibi facies a Ita ed. Sch.
gratiæ debitorem, si gravi pondere vietam salutaris optimè
defensor exixeris. Vale.

EPIST. CXXVII.

SYMMACHUS PATRUINO.

DROMPTIORE Me circa Herennij laudabilis
viti defensione in judicia vestra fecerunt. Habet e-
niam plurimum voluptatis electio, & provocant ani-
mum sperata præsidia. Sed meum non est, scripto osté-
tare, quid negocio promovendo cura bo nostra con-
tulerit. Narrabit hæc vobis ille, quem juvimus, simul
ipsius rei exitus officia testabitur. Cuncta enim, quæ
direptio sparserat, investigata patuerunt. Itaque in jus
Herennij revertetur legibus quidem debita, sed patris
consensi acerba successio. Nunc vestræ de me existima-
tioni gratias ago atq; habeo : & spero fiduciam nostri
apud optimates viros esse mansuram, cuius documen-
ta cœpistis. Vale.

b Ita Lect. ed.
Sch.c Sic Lect.
Ed. Sch.

EPIST. CXXVIII.

SYMMACHUS PATRUINO.

AMOR int̄ meus ex summis dicitur opibus anniti-
tur, ut in dies singulos bonorum tibi cultus ac-
cedat: et tantum abest, ut sinam veteres tibi amicos
in simulationum falsi improbitate decerpi. Inter quos
vir clarissimus Scipio virtutum tuatum, me quoq; te-
ste, laudator, spoliatum se amore tuo per amulos in-
gemiscit. Sed mihi verisimile non videtur, stabilitatē
animi tui rumoribus falsis potuisse mutari; cūm benē
conscius vita, nihil in se maledicis licere sermonibus
debeat estimare. Quare horror & deprecor despicias,
si qua sunt inculcata mendacia, atque hunc honorem
meritis tuis vendices, ut qualis ipse es, ralem te ab o-
mnibus intelligas judicari. Nemo in te transferat o-
dij sui semina. Iam dudum enim genus est artis ad a-
lendas vires discordiæ suæ, sollicitare metum potiorū.

d Ita bene ed.
Sch.e Sic plenius
Ms. Gifan.
Ed. Sch.f Ex Ms. Gif.
Sch. pravita-
te.

Non

Non ibo longius, quam mihi impetracionem spondeat sapientia morum tuorum, quam puto earens responsuram litteris meis: ut non tam ignoruisse Scipioni, quam nihil de eo asseras credidisse. Vale,

EPIST. CXXIX.

SYMMACHUS SIBIDIO.

CVRAM de te meam nolo ex epistola metaris.
/ Paucā salutantium verba sunt, sed vora prolixa.
Liceat igitur imitari erga te parsimoniam religionis,
quibus jura amicitiae conseruntur, & officium pium
brevi paginā tanquam a parvo aere persolvetur. Neq;
vulg. coniūctis enim devotio requirit excursionem. Tibi autem praesens
Sch. parco obo stili terminos. **b** Erunt mihi quae de te scriptae
re. Non male, nimis magna, si læta sit. Vale.

a Ex libb.
Ms. VVorv.**Ed. Sch., Iur.****Ed. Venet.****b** Sic Ms. Cu-
iac Ed. Sch.

EPIST. CXXX.

SYMMACHUS SIBIDIO.

AEGER est animus meus, quam diu fides certa sit,
quod portum sanitatis intraveris. Huic expecta-
tioni tatis facias volo. Non enim mihi honorem nisi
obsequio litterario, sed magna sollicitudinis levamen
tribui exopto. Vale.

EPIST. CXXXI.

SYMMACHUS SIBIDIO.

NVMQUAM efficies silendo, ut me ad patrem vo-
luntatem ducat imitatio. Cogito enim non
quid temporali cause, sed quid perenni amicitiae de-
beatur. Cumque sim mei officij severus arbiter, curam
tuam easus sepius quam fastidio credo cessare. Sed ne
longa colloquij intercapedo quamvis tui amantem
cogat timere & neglectom; quælo constanter munia
familiaritatis exercetas. Quo enim pacto intelligere
possum, grata esse quæ deferro, si negaveris
quæ reposco? Vale.

b Sic Lett.
Merc. Ed.
**Sch. b. e saggi-
dum, contem-
num.**

EPIST.

Q. AVRELI
MACHI V.C. C
DIN. PRÆF. VI
STOLARU
LIBER VIII
1111. 1
OPP
manitate prelio
tarum abficiunt
ne magis quam voluntate
tate nos idcirco, ut emulatio
frequenter declinat. Vnde
EPPIST.
LIBER VIII
Maior quidam a
anno emblematis
fus, i quod non in foliis
opus (sicut in cerasis).